

## Einige Urkunden aus dem Brandenburger Domstiftsarchiv

*Hodie publicamus quinque documenta annorum 1196, 1290, 1296, 1450 et 1460, quae omnia in archivo capituli ecclesiae quondam cathedralis Brandenburgensis (praeter illud de anno 1450 ex copia tantum anni 1460 notum) in originalibus asservantur. Nullum ex ipsis, ne vetustissimum illorum quidem, nempe Coelestini papae III usque hodie publicatum est. Hac occasione gratias quam sincerrissimas agimus domino Wolfgango Schössler, moderatori archivi capituli Brandenburgensis, qui in promovendo opere nostro nobis vere adiutorium praebuit.*

### I

1196 Juni 11 Lateran

#### **Papst Celestin III. bestätigt die Besitzungen und Rechte des Domkapitels Brandenburg.**

Urkunde Nr. 17 des Domstiftsarchivs Brandenburg (Havel).

Maße: 58,3 × 66,5 cm, Plica 3,4-3,8 cm.

Siegel: Bleibulle an Seidenschnur.

Dorsualvermerke:

1. Confirmatio Celestini pape III super bonis ecclesiae Brandenburgensis [13./14.Jh.] de anno 1196 [17./18.Jh.]
2. 11. [rot, vor 1600]
3. A No. 2 [17./18. Jh.]
4. In simili Cop. p. 40 [18.Jh., gemeint ist das Copialbuch II, wo auf S. 40-43 die ähnlich lautende Bestätigungsurkunde Gregors IX. von 1234 Feb. 27 steht, Original: Urkunde Nr. 34, Text: Riedel A VIII 147]
5. 17 [blau, 19./20. Jh.]

Vgl. die im Text sehr ähnlichen Bestätigungsurkunden Clemens III. von 1188 Mai 29, Original: Urkunde Nr. 14, Text: RIEDEL A VIII 117, und die oben schon erwähnte Gregors IX. von 1234 Feb. 27.

Abgekürzt zitierte Literatur:

Abb/Wentz: ABB, Gustav und WENTZ, Gottfried, Das Bistum Brandenburg, T. 1 Berlin, Leipzig 1929 (= Germania sacra, Abt. 1, Bd. 1)

Enders: ENDERS, Lieselott, *Historisches Ortslexikon für Brandenburg*, Teil III: Havelland, Weimar 1972.

Mangelsdorf: MANGELSDORF, Günter, *Die Ortswüstungen des Havellandes*. Phil. Diss. Potsdam 1974, masch.-schr., Teil II: Wüstungsverzeichnis.

Rohrlach: ROHRLACH, Peter P., *Historisches Ortslexikon für Brandenburg*, T.V.: Zauch-Belzig, Weimar 1977.

Curschmann: CURSCHMANN, Fritz, *Die Diözese Brandenburg. Untersuchungen zur historischen Geographie und Verfassungsgeschichte eines ostdeutschen Kolonialbistums*. Leipzig 1906.

Celestinus<sup>1)</sup> episcopus servus servorum dei dilectis filiis Henrico<sup>2)</sup> preposito Brandenburgensis ecclesie eiusdemque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatam Brandenburgensem ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati ad instar felicitis memorie Clementis<sup>3)</sup> pape predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuantes, ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensis ordinis in eadem ecclesia noscitur institutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia impresentarium iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est in urbe videlicet Brandeburch cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam beati Godehardi in Pardewin<sup>4)</sup> et beati Nicolai in Lukeberch<sup>5)</sup>, ecclesiam sancte Marie in Harlungeberch<sup>6)</sup> cum tertia parte decimarum ex adiacentibus partibus vinearum. Villas etiam Buchowe<sup>7)</sup>, Garceliz<sup>8)</sup>,

<sup>1)</sup> Celestin III. Papst 1191-1198

<sup>2)</sup> Heinrich, Propst 1186-1197 (Abb/Wentz 114)

<sup>3)</sup> Clemens III. Papst 1187-1191.

<sup>4)</sup> Pardewin: Parduin, mittelalterliche Name für die Siedlung, aus der sich die Altstadt Brandenburg entwickelt hat (Abb/Wentz 169; ENDERS 36,41).

<sup>5)</sup> Lukeberch: Luckenberg, Wüstung südwestlich der Altstadt Brandenburg, aufgegangen in den Stadtkreis Brandenburg (Abb/Wentz 172; ENDERS 41, 223; MANGELSDORF 120)

<sup>6)</sup> Harlungeberch: Harlunger Berg, heute Marienberg im Stadtkreis Brandenburg (Abb/Wentz 201; ENDERS 41)

<sup>7)</sup> Buchowe: Buckow Kr. Rathenow, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 148; ENDERS 56 f.).

<sup>8)</sup> Garceliz; Garlitz, Kr. Rathenow, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 148, ENDERS 122 ff.).

Bultiz<sup>9)</sup>, Kyk<sup>10)</sup>, Museltiz<sup>11)</sup>, Gorne<sup>12)</sup> cum decimis et omnibus appenditiis earum cultis et incultis silvestribus, palustribus cunctisque utilitatibus, cum duobus lacubus inter Gorne et Sylos<sup>13)</sup> sitis, villas quoque a marchione Ottone<sup>14)</sup> et filiis eius Ottone<sup>15)</sup> et Henrico<sup>16)</sup> ecclesie vestre collatas scilicet Muczowe<sup>17)</sup>, Tremene<sup>18)</sup>, Thure<sup>19)</sup> cum decimis et omnibus earum pertinentiis, ecclesiam in Thure cum villis ad eam pertinentibus scilicet Izin<sup>20)</sup>, Crelin<sup>21)</sup> cum tertia parte decimarum et totam decimam Vivebawerstorp<sup>22)</sup> et quecumque ibi fuerint, centum mansos in Zucha<sup>23)</sup> sitos, quos predictus Otto<sup>24)</sup> princeps pro anima patris et matris et uxoris sue Judithe<sup>25)</sup> marchionisse eorum filiis consentientibus de patrimonio suo optulit [!] cum omnibus pertinentiis suis. Quinque modios maioris mensure salis<sup>26)</sup> annuatim persolvendos, villam insuper Damme<sup>27)</sup> dictam a Rudulfo<sup>28)</sup> de Ihericho in opus

<sup>9)</sup> Bultiz: Bultitz, Wüstung in der Gemarkung Garlitz, Kr. Rathenow, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 148; ENDERS 57; MANGELSDORF 22 f.).

<sup>10)</sup> Kyk: Kieck, eingemeindet in Garlitz, Kr. Rathenow, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 149; ENDERS 177 f.; MANGELSDORF 88 f.).

<sup>11)</sup> Museltiz: Müzlitz, Kr. Rathenow, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 188, Enders 144 f.).

<sup>12)</sup> Gorne: Görne, Stadtteil von Brandenburg (Abb/Wentz 148; ENDERS 132 f.; MANGELSDORF 59 f.).

<sup>13)</sup> Syloe: Silo, Wüstung westlich der Altstadt Brandenburg heute zum Stadtkreis Brandenburg gehörend (Abb/Wentz 156; ENDERS 357 f.; MANGELSDORF 161 f.). Zumelt- und Görner See: zwischen Görne und Silo.

<sup>14)</sup> Otto I. Markgraf von Brandenburg (um 1130-1184, Markgraf 1170-1184).

<sup>15)</sup> Otto II. Markgraf von Brandenburg (nach 1147-1205, Markgraf 1184-1205).

<sup>16)</sup> Heinrich, Graf von Gardelegen, † 1192.

<sup>17)</sup> Muczowe: Mötzow, Ortsteil von Butzow, Kr. Brandenburg, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 148, ENDERS 242 f.; MANGELSDORF 127 f.).

<sup>18)</sup> Tremene: Tremmen, Kr. Nauen, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 148, ENDERS 388 f.).

<sup>19)</sup> Thure: Thüre, Wüstung in der Gemarkung Tremmen, Kr. Nauen, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 148, ENDERS 383; MANGELSDORF 177 f.).

<sup>20)</sup> Izin: Etzin, Kr. Nauen, Bez. Potsdam (ENDERS 87 ff.).

<sup>21)</sup> Crelin: Crelin, Wüstung in der Gemarkung Zachow, Kr. Nauen, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 149, ENDERS 64; MANGELSDORF 24 f.).

<sup>22)</sup> Vivebawerstorp ist Schreibfehler statt «ville Bawerstorp»: Bauersdorf, Wüstung in der Gemarkung Tremmen, Kr. Nauen, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 150; ENDERS 10; MANGELSDORF 6 ff.).

<sup>23)</sup> Zucha: Zauche, Landschaft südlich der Havel, erstreckt sich über die Kreise Brandenburg, Potsdam, Belzig, Luckenwalde und zum Teil Jüterbog, alle in Bez. Potsdam (Abb/Wentz 153).

<sup>24)</sup> Siehe Anm<sup>14)</sup> Die Eltern des Markgrafen: Albrecht der Bär, um 1100-1170, Markgraf 1134-1170; Sophia (von Winzenburg) † 1160.

<sup>25)</sup> Judith von Polen, Gattin Ottos I., oo 1148, † 1171.

<sup>26)</sup> Über die 5 Wispel Salz vgl. Abb/Wentz 152.

<sup>27)</sup> Damme: Damme, Kr. Rathenow, Bez. Potsdam (Abb/Wentz 148; ENDERS 68 f.).

<sup>28)</sup> Rudolf von Jerichow (Kr. Genthin, Bez. Magdeburg) Lehnsmann (fidelis) des Markgrafen, schenkt dem Domkapitel um 1164 das Dorf Damme (vgl. Anm.<sup>27)</sup> und die

eiusdem ecclesie Ottoni marchioni resignatam et ab eo et filiis eius cum omnibus ad eam pertinentibus ecclesie vestre oblatam. Decimas eiusdem ville a Wilmaro<sup>29)</sup> episcopo in usus vestros concessas, molendinum quoque in Clinke<sup>30)</sup> sex etiam arearum fundos in civitate Parduwin a fidelibus oblatos, ecclesiam Cechowe<sup>32)</sup> cum dote sua, scilicet duobus mansis et omnibus decimis eiusdem ville et tertiam partem decimarum de villis ad eam pertinentibus, ecclesiam in Goliz<sup>33)</sup> cum dote sua scilicet duobus mansis, ecclesiam in Nibede<sup>34)</sup> cum dote sua, scilicet duobus mansis et tertiam partem decimarum tam harum villarum quam ville Wachowe<sup>35)</sup> pertinentis in Boliz [!]<sup>36)</sup>, in Wachowe duos mansos, ecclesiam Verchiezere<sup>37)</sup> cum dote sua, scilicet duobus mansis, totam villam Plusin<sup>38)</sup> in Zucha<sup>39)</sup> sitam cum omnibus pertinentiis suis et totam decimam eiusdem ville, villam Marzane<sup>40)</sup> cum tota decima et omnibus attinentiis eiusdem ville, ecclesiam eiusdem ville Marzane<sup>41)</sup> cum dote sua scilicet uno manso, ecclesiam Oyne<sup>42)</sup> et ecclesiam Golistorp<sup>43)</sup> in Juterbuch<sup>44)</sup> sitas, villam Sconelo<sup>45)</sup>, in qua sunt triginta mansi cum tota decima et omnibus attinentiis suis, curam animarum urbis Brandeburch, que vos iure episcopalis sedis contingit sicut eam Wilmarus<sup>46)</sup>, Sifridus<sup>47)</sup>, Balderammus<sup>48)</sup> episcopi vobis concesserunt

Urkunden U 6 und U 95 des Domstiftsarchives Brandenburg, gedruckt in: RIEDEL, Adolph Friedrich: *Codex diplomaticus Brandenburgensis* T. 1, Bd. 8, S. 106 f.).

<sup>29)</sup> Wilmar, c. 1161-1173 (Abb/Wentz 25).

<sup>30)</sup> Clinke: Wüstung zwischen den Gemarkungen Riewend, Kr.Brandenburg, Bez.Potsdam und Klein Behnitz, Kr.Nauen, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 152, ENDERS 185 f., Mangelsdorf 97 ff.).

<sup>31)</sup> vgl. Anm.<sup>4)</sup> und Abb/Wentz 151.

<sup>32)</sup> Cechowe: Zachow, Kr.Nauen, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 185, ENDERS 426 ff.).

<sup>33)</sup> Goliz: Gohlitz, Kr.Nauen, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 183, ENDERS 134 f.).

<sup>34)</sup> Nibede: Niebede, Kr. Nauen, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 192, ENDERS 257 f.).

<sup>35)</sup> Wachowe: Wachow, Kr.Nauen, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 183, ENDERS 404 f.).

<sup>36)</sup> Durch Schreibfehler statt Goliz, vgl. Anm.<sup>33)</sup>.

<sup>37)</sup> Verchiezere: Hohenferchesar, Kr.Brandenburg, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 182, ENDERS 107 f.).

<sup>38)</sup> Plusin: Plötzin, Kr.Potsdam, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 151; ROHRLACH 326 ff.).

<sup>39)</sup> vgl. Anm.<sup>23)</sup>.

<sup>40)</sup> Marzane: Marzahne, Kr.Brandenburg, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 149, ENDERS 236 f.).

<sup>41)</sup> Siehe Abb/Wentz 182, ENDERS 236 f.

<sup>42)</sup> Oyne: Oehna, Kr.Jüterbog, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 186).

<sup>43)</sup> Golistorp: Göhlsdorf, Kr.Jüterbog, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 186).

<sup>44)</sup> Juterbuch: Jüterbog, Kreisstadt, Bez.Potsdam (CURSCHMANN 237).

<sup>45)</sup> Sconelo: Schonlo, Wüstung in der Umgebung von Damme und Nennhausen, Kr.Rathenow, Bez.Potsdam (Abb/Wentz 151, ENDERS 343).

<sup>46)</sup> vgl. Anm.<sup>29)</sup>.

<sup>47)</sup> Siegfried I. 1173-1180 (Abb/Wentz 26).

<sup>48)</sup> Baldrum 1180-1190 (Abb/Wentz 27).

et curam animarum de ecclesiis, que ad usus vestros pertinent vel in posterum pertinebunt. Ad hec omnia iura, que vestra ecclesia iuxta morem aliarum ecclesiarum iuste et pacifice possidet, vobis et eidem ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. Specialiter autem antiquas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre hactenus observatas auctoritate duximus apostolica confirmandas. Obeunte quidem eiusdem ecclesie presule in successore ipsius antistitis eligendo liberam electionem vos habere decernimus nullusque vobis invitis per subreptionem aliquam vel violentiam preponatur, sed ille debeat in vestra ecclesia locum et officium pontificis optinere [!] quem unanimi voluntate vel de consilio maioris et sanioris partis de gremio ipsius ecclesie videritis eligendum. Si autem in vestra ecclesia persona non potuerit idonea repperiri, de alia ecclesia eligendi personam idoneam licentiam habeatis. Prohibemus autem, ne plebani, qui electionem sepius turbare consueverunt, aliquid iuris in electione habeant nec se ultro ingerant, sed consensum electioni canonice unanimiter secundum consuetudinem aliarum ecclesiarum cathedralium Saxonie prebeant. Statuimus insuper, ut archidiaconatum Brandenburgensem videlicet de Kitin<sup>49)</sup> et Juterbo<sup>50)</sup> et terre de Havela<sup>51)</sup> versus orientem usque Oderam<sup>52)</sup>, item versus occidentem usque ad aquam, que Yla<sup>53)</sup> dicitur, preterea de burchwardis<sup>54)</sup>, Schartouwe<sup>55)</sup>, Mukerne<sup>56)</sup>, Luburch<sup>57)</sup> excepta ecclesia Dalachowe<sup>58)</sup>, preterea de Buchowe<sup>59)</sup>, Gorceke<sup>60)</sup>, Beltiz<sup>61)</sup>, Mordiz<sup>62)</sup>, Nimik<sup>63)</sup>, Dame<sup>64)</sup> sicut eum ecclesie vestre prepositi hacte-

<sup>49)</sup> Kitin: Kettin, Wüstung in der Gemarkung Landin, Kr.Rathenow, Bez.Potsdam (CURSCHMANN 237, MANGELSDORF 85 f.).

<sup>50)</sup> vgl. Anm.<sup>44)</sup>.

<sup>51)</sup> Havela: Havel, Nebenfluß der Elbe in den Bezirken Neubrandenburg, Berlin, Potsdam und Magdeburg.

<sup>52)</sup> Odera: Oder.

<sup>53)</sup> Yla: Ihle, Nebenfluß der Elbe bei Burg, Bez.Magdeburg.

<sup>54)</sup> De burchwardis: burgwardus, vgl. *Mittellateinisches Wörterbuch bis zum ausgehenden 13. Jh.*, Bd. 1, Berlin 1967, Sp. 1624 f.

<sup>55)</sup> Schartouwe: Schartau, Kr.Burg, Bez.Magdeburg (CURSCHMANN 232).

<sup>56)</sup> Mukerne: Möckern, Kr. Burg, Bez.Magdeburg (CURSCHMANN 233).

<sup>57)</sup> Luburch: Loburg, Kr.Zerbst, Bez.Magdeburg (CURSCHMANN 233).

<sup>58)</sup> Dalachowe: Dalchau, Kr.Zerbst, Bez.Magdeburg (CURSCHMANN 233).

<sup>59)</sup> Buchowe: Buckau, Kr.Brandenburg, Bez.Potsdam (CURSCHMANN 233).

<sup>60)</sup> Gorceke: Görzke, Kr.Belzig, Bez.Potsdam (CURSCHMANN 233).

<sup>61)</sup> Beltiz: Belzig, Kreisstadt, Bez.Potsdam (CURSCHMANN 233).

<sup>62)</sup> Mordiz: Möritz, Kr.Belzig, Bez.Potsdam (CURSCHMANN 233).

<sup>63)</sup> Nimik: Niemeck, Kr.Belzig, Bez.Potsdam (CURSCHMANN 233).

<sup>64)</sup> Dame: Dahme, Kr.Luckau, Bez.Cottbus (CURSCHMANN 239).

nus rationabiliter et absque controversia possederunt et tu fili preposite tuique successores indivisum nec aliquatenus diminutum debeatis in perpetuum optinere [!]. Prohibemus autem, ut infra terminos vestros sive in ecclesie vestre debita sepultura sive in aliis, que iuste possedistis hactenus et quiete, nullus ipsius ecclesie iura temeritate qualibet audeat perturbare. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit absque prepositi sui licentia de ipso loco discedere. Discedentem vero sine communi litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. In causis autem propriis sive civilem sive criminalem contineant questionem, liceat vobis fratres vestros idoneos ad testificandum adducere atque ipsorum testimonio sicut rectum fuerit et propulsare violentiam et iustitiam vendicare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo, terciove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt amen, amen, amen.

(Rota:) SCS PETRUS SCS PAULUS

CELESTINUS PAPA III

Perfice gressus meos in semitis tuis.

Ego Celestinus catholice ecclesie eps ss. BENE VALETE.

+ Ego Melior sanctorum Johannis et Pauli presbyter cardinalis tituli Pamachii ss.

- + Ego Johannes tituli sancti Clementis cardinalis Viterbiensis et Tuscanensis eps ss.
- + Ego Guido presbyter cardinalis sancte Marie trans Tiberim tituli Calixti ss.
- + Ego Hugo presbyter cardinalis sancti Martini tituli equicii ss.
- + Ego Johannes tituli sancti Stephani in Celio Monte presbyter cardinalis ss.
- + Ego Albinus Albanensis episcopus ss.
- + Ego Octavianus Hostiensis et Velletrensis eps ss.
- + Ego Petrus Portuensis et sancte Rufine eps ss.
- + Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
- + Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
- + Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.
- + Ego Nicolaus sancte Marie in Cosmydin diaconus cardinalis ss.

Datum Laterani per manum Cencii sancte Lucie in Orthea diaconi cardinalis, domini pape camerarii III Idus Iunii indictione XIII incarnationis dominice anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VI pontificatus vero domini Celestini pape III anno sexto.

## II

1290 Sept. 1 Orvieto

### **Zehn Bischöfe erteilen Ablässe den Wohltätern der Katedralkirche in Brandenburg.**

Urkunde Nr. 85 des Domstiftsarchivs Brandenburg (Havel).

Maße: 52 × 31 cm, Plica 3-3,5 cm.

Auf der Plica von links nach rechts die Namen der Siegel inhaber über den einzelnen Siegeln bzw. über den Stellen, wo sie ehemals befestigt waren:

Petrus Arborensis Johannitus Mokicensis archiepiscopi Petrus Tirasonensis Peronus Larinensis Jacobus Castellanus Guillelmus Callensis Romanus Crohensis Thomas Theatinus Theobaldus Canensis Valdebranus Avellonensis episcopi.

Siegel: rote Siegel an roten und gelben Seidenschnüren.

1. Siegel des Petrus Arborensis: oberes Drittel und linkes Drittel fehlt.
2. Siegel des Johannitus Mokicensis: rechter oberer Rand mit geringem Teil vom Siegelbild fehlt.
3. Siegel des Petrus Tirasonensis: rechter Rand fehlt, linker Rand beschädigt.
4. - 7. Siegel des Peronus Larinensis bis Siegel des Romanus Crohensis fehlen, Seidenschnüre teilweise vorhanden.
8. Siegel des Thomas Theatinus: nur noch Bruchstück des linken Mittelfeldes mit linkem Rand vorhanden.

9. u. 10 Siegel des Theobaldus Canensis und des Valdebranus Avellonensis fehlen.

Dorsualvermerke:

1. Indulgentia concessa iis, qui opera bona exercuerint in ecclesia cathedrali Brandenburgensi [17. 18. Jh.].
2. A 20 [17./18. Jh.].
3. 85 [blau 19./20. Jh.].
4. de anno 1290 [16. Jh.].

Abgekürzt zitierte Literatur:

Eubel: EUBEL, Conradus, *Hierarchia catholica medii aevi*, vol. II, Monasterii<sup>2</sup>, 1914.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Petrus Arborensis<sup>1)</sup> et Johannitus Mokicensis<sup>2)</sup> miseratione divina archiepiscopi, Petrus Tirasonensis<sup>3)</sup>, Perronus Larinensis<sup>4)</sup>, Jacobus Castellanus<sup>5)</sup>, Guillelmus Callensis<sup>6)</sup>, Romanus Crohensis<sup>7)</sup>, Thomas Theatinus<sup>8)</sup>, Theobaldus Canensis<sup>9)</sup> et Valdebranus Avellonensis<sup>10)</sup> eadem miseratione episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de habund[antia]<sup>a)</sup> pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut cathedralis ecclesia Brandenburgensis<sup>11)</sup> congruis honoribus et iugi Christi fidelium frequentatione veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad d[ic]tam ecclesiam in festis<sup>b)</sup> subscriptis videlicet N[ativitatis]<sup>b)</sup>, Epiphanie, Resurrectionis et

<sup>a)</sup> stark verblaßt.

<sup>b)</sup> der Text durch das Zerfressen von Maus verlorengegangen, viele Stellen rekonstruiert aufgrund ähnlicher Urkunden in der Tschechoslowakei.

<sup>1)</sup> Oristano in Sardinien (EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, S. 101).

<sup>2)</sup> Moces in Cappadokien (EUBEL 345).

<sup>3)</sup> Tarazona in Spanien (EUBEL 486).

<sup>4)</sup> Larino in Niederitalien (EUBEL 294).

<sup>5)</sup> Città di Castello in Mittelitalien (EUBEL 191).

<sup>6)</sup> Cagli in Mittelitalien (EUBEL 158).

<sup>7)</sup> Croja in Epirus (EUBEL 216).

<sup>8)</sup> Chieti in Niederitalien (EUBEL 481).

<sup>9)</sup> Canosa in Niederitalien (EUBEL 162).

<sup>10)</sup> Avlona in Epirus (EUBEL 122).

<sup>11)</sup> Brandenburg/Havel.

Ascensionis domini nostri Jesu Christi atque Pente[costes]<sup>b)</sup>, sancti Mi[chaelis] archangeli, beatorum Johannis Baptiste et Evangeliste<sup>b)</sup>, beati Petri apostoli, beatorum Pauli, Andree, Jacobi aliorumque omnium apostolorum, Inventionis et Exaltationis sancte Crucis, [beatorum Nicolai, Martini, Livini, Lini]<sup>b)</sup> pontificum, beate Katerine virginis, in anniversariis dedicationum ipsius ecclesie et altarium in ea existentium et per octo di[es] festa predicta seque<sup>b)</sup>ntes immediate necnon in festo patroni vel patronorum ecclesie predicte in letaniis vel diebus rogationum necnon in singulis dominicis diebus et sextis feriis quadragesime causa devotionis accesserint seu qui ad fabricam vel structuram, luminaria, ornamenta vel ad alia necessaria ipsius ecclesie manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum seu qui velud [!] fideles eloqui e[wangelici] auditores non<sup>b)</sup> in solo pane vivit homo, sed in omni verbo etc. et alibi Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite [divinum officium seu verbum]<sup>b)</sup> veritatis ibidem audierint pia mente aut qui presbytero infirmos parrochie memorate cum corpore Christi visitanti devotam fecerint comitivam nos de om[ni]poten<sup>b)</sup>tis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitenciis dummodo consensus diocesani ad id accesserit in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum apud Urbem Veterem kal.septembr. anno domini M CC<sup>o</sup> XC pontificatus domini Nicolai pape IIII<sup>ti</sup> anno tercio.

### III

1296 [nach August 9.?] Rom.

**Achtundzwanzig Bischöfe, darunter sieben Erzbischöfe und ein Patriarch, erteilen Ablässe den Wohltätern der Katedralkirche in Brandenburg.**

Urkunde Nr. 92 des Domstiftsarchivs Brandenburg (Havel).

Maße: 72 × 43 cm, Plica 5 cm.

Zustand: stark beschädigt: mehrere Fehlstellen, an mehreren Stellen Schrift zerstört, an mehreren Stellen Schrift stark verblaßt.

Auf der Plica von links nach rechts die Namen, bzw. die nicht oder kaum noch lesbaren Spuren der Namen der Siegelinhaber über den einzelnen Siegeln, bzw. über den Stellen, wo sie ehemals befestigt waren:

[... ] bor[chardus ], egid[ius ], hen[ricus.....], volradus brandenburgensis episcopus, [... ] In der Plica 29 Löcher von ehemaligen Siegelbefestigungen

(Der Brandenburger Bischof hat wohl zwei Siegel beigehängt, vgl. auch den Zusatz von ihm am Ende der Urkunde!). Von den wohl sämtlich roten Siegeln, befestigt an dünnen Hanfschnüren, nur das erste erhalten: linker Rand mit Umschrift abgebrochen, von der Umschrift auf dem rechten Rand noch lesbar: S PETRI DEI [... CONSTAN] TINOP [... ].

Dorsualvermerke:

1. D 1. [16./17. Jh., später durchgestrichen].
2. A No 22 [17./18. Jh.].
3. Indulgentiae pro iis, qui devote se gesserunt in omnibus Festis Paschatis, Pentecostes et omnium Sanctorum pp. concessa a Bonifacii [!] VIII anno Christi 1296 [17./18. Jh.].
4. 92 [blau 19./20. Jh.].

Abgekürzt zitierte Literatur:

Eubel: EUBEL, Conradus, *Hierarchia catholica medii aevi*, vol. II, Monasterii<sup>2</sup>, 1914.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint nos miseracione divina patriarcha Constantinopolitanus<sup>1)</sup>, Borchardus Magde[burgensis]<sup>2)</sup>, Egidius Bitiricensis<sup>3)</sup>, Henricus Lugdunensis<sup>4)</sup>, Philippus Salernitanus<sup>5)</sup>, Bonaventura Ragusinus<sup>6)</sup>, Basilius Jerolim[i]tanus<sup>7)</sup>, Johannicius Mucicensis<sup>8)</sup> archiepiscopi, episcopus Senogaliensis<sup>9)</sup>, episcopus Casertanus<sup>10)</sup>, episcopus Opidensis<sup>11)</sup>, episcopus Cameracensis<sup>12)</sup>, episcopus Bovensis<sup>13)</sup>, episcopus Llynconiensis[?]<sup>14)</sup>, episcopus Banburiensis[?]<sup>15)</sup>, episcopus Arlensis<sup>16)</sup>,

<sup>1)</sup> Konstantinopel, Patriarch Peter (EUBEL 206).

<sup>2)</sup> Magdeburg (EUBEL 321).

<sup>3)</sup> Bourges in Frankreich (EUBEL 138).

<sup>4)</sup> Lyon in Frankreich (EUBEL 316).

<sup>5)</sup> Salerno in Niederitalien (EUBEL 429).

<sup>6)</sup> Dubrovnik in Jugoslawien (EUBEL 411).

<sup>7)</sup> Dieser Basilius kommt auch in den Urkunden in Böhmen aus den Jahren 1296 bis 1303 vor (RBM II. num. 1735, 1789, 1868, 1953 und 2814). Es war der armenische Erzbischof von Jerusalem (RBM II. num. 1789), deshalb wird er bei EUBEL nicht erwähnt.

<sup>8)</sup> Mocesius in Kappadokien/Türkei (EUBEL 345).

<sup>9)</sup> Sinigaglia in Mittelitalien, Bischof Trasmundus (EUBEL 446).

<sup>10)</sup> Caserta in Niederitalien, Bischof Atto-Azzo (EUBEL 169).

<sup>11)</sup> Oppido in Niederitalien, Bischof Stephanus (EUBEL 377).

<sup>12)</sup> Cambrai in Frankreich, Bischof entweder Guilelmus oder Guido (seit 1296 Okt. 21. Vgl. EUBEL 160).

<sup>13)</sup> Bova in Niederitalien, Bischof Cyprianus (EUBEL 143).

<sup>14)</sup> vielleicht Langres in Frankreich, Bischof Joannes (EUBEL 307).

<sup>15)</sup> Balneoregiensis? Vielleicht Bagnorea in Mittelitalien, Bischof Simon? (EUBEL 126).

<sup>16)</sup> entweder Arles in Frankreich (EUBEL 103) oder Aleria in Korsika (EUBEL 82).

episcopus Casuensis<sup>17)</sup>, episcopus Reglensis<sup>18)</sup>, episcopus Baiocensis<sup>19)</sup>, episcopus Luciensis<sup>20)</sup>, episcopus Ala[<sup>a)</sup>?]<sup>21)</sup>, episcopus [<sup>a)</sup>] onoquensis [?]<sup>22)</sup>, episcopus Avellinus<sup>23)</sup>, episcopus Brandenburgensis<sup>24)</sup>, episcopus Oscensis<sup>25)</sup>, episcopus Orthanus<sup>26)</sup>, episcopus Millopotoniensis<sup>27)</sup> et Pistoriensis<sup>28)</sup> episcopus salutem in domino sempiternam. Li[cet is, de]<sup>b)</sup> cuius munere venit, ut sibi a suis [fidelibus digne ac lau]<sup>a)</sup> dabiliter serviatur, de habundan[tia]<sup>a)</sup> pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri. Desi [derante]<sup>b)</sup> tamen reddere domino populum [acceptabilem fideles Christi ad]<sup>a)</sup> complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus indulgenciis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cupientes [igitur, ut ecclesia]<sup>b)</sup> cathedralis beatorum Petri et Pauli apostolorum [in]<sup>a)</sup> castro Brandenburgensi congruis honoribus frequentetur et a cunctis Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam causa [devocionis seu peregrin]<sup>b)</sup> acionis in festis subscriptis videlicet Nativitatis domini, Parasceven, Resurrectionis, Rogacionum, Ascensionis et Pentecosten, in singulis festis gloriose et semper virginis Marie, in singulis festis beatorum Petri [et Pauli, Ja]<sup>b)</sup> cobi et Andree, in invencione et exaltacione sancte Crucis et omnium apostolorum, in festis beatorum Johannis Baptiste, Laurencii, Stephani martyrum et beati Michaelis archangeli et in festis beatorum Nicolai, Martini, Livini, Lini [pontificum. . . . .]<sup>c)</sup>, Dominici, Francisci ac in die Palmarum et in festis beatarum Marie Magdalene, Elizabet, Katerine, Margarete, Cecilie

<sup>a)</sup> durchlöcherter Stelle.

<sup>b)</sup> Schrift zerstört in späterer Zeit durch Tintenflecke.

<sup>c)</sup> ein Teil im Umfange von ungefähr 20 Buchstaben durch Tintenleck unleserlich.

<sup>17)</sup> entweder Cagli in Mittelitalien (EUBEL 158) oder Calvi in Niederitalien (EUBEL 159).

<sup>18)</sup> entweder Reggio in Oberitalien (EUBEL 447) oder Veglia im Adriatischen Meer (EUBEL 518), wenn statt «Reglensis» entweder «Regiensis» oder «Veglensis» su lesen ist.

<sup>19)</sup> Bayeux in Frankreich, Bischof Petrus (EUBEL 124).

<sup>20)</sup> Wohl Lyciensis? Lecce in Niederitalien, Bischof Godefredus (EUBEL 304).

<sup>21)</sup> Alatrinenis? Alatri in Mittelitalien, Bischof Rainaldus (EUBEL 79)?

<sup>22)</sup> Wenn Caputaquensis zu lesen wäre, dann handelt sich um Capaccio in Niederitalien; Bischof Gotbertus oder Joannes (EUBEL 165).

<sup>23)</sup> Avellino in Niederitalien, Bischof Franciscus (EUBEL 122).

<sup>24)</sup> Brandenburg, Bischof Volradus wird ausdrücklich am Ende der Urkunde genannt (vgl. auch EUBEL 144); am 9. Aug. 1296 kommt er zum erstenmal vor (ebenda).

<sup>25)</sup> Huesca in Spanien, Bischof Ademar (EUBEL 378).

<sup>26)</sup> Orte in Mittelitalien, Bischof Barthol[omae]us (EUBEL 279).

<sup>27)</sup> Mylopotamos in Kreta, Bischof Jacobus (?), (vgl. auch EUBEL 341).

<sup>28)</sup> Pistoia in Mittelitalien, Bischof Thomas (EUBEL 400).

et in festo omnium sanctorum ac in dedicacione prefate ecclesie et per octavas predictarum [festivitatum octavas habencium annuatim accesseri]<sup>b)</sup>nt seu [ibidem divin]<sup>b)</sup>um officium vel verbum exortacionis in festis sive diebus suprascriptis devote audierint vel qui prefate ecclesie luminariis, fabrice, libris, vestimentis, calicibus, altarium ornamentis seu aliis [necessariis]<sup>b)</sup> manus [porrexerint adiutrices aut qui]<sup>b)</sup> quicquam facultatum suarum eidem ecclesie in extremis laborantes legaverint, donaverint, miserint seu procuraverint necnon qui presbytero eiusdem ecclesie corpus Christi ad infirmos deportanti [spiritu]<sup>b)</sup> humilitatis devotam [fecerint comitivam]<sup>b)</sup> vel qui cimiterium eiusdem ecclesie quocienscumque cum bonis oracionibus [circumierint]<sup>d)</sup>, nos de omnipotentis dei misericordia, beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadrag[ena]<sup>s)</sup>b) de iniun[ctis sibi pe]<sup>b)</sup> nitenciis dummodo consensus diecesani ad id accesserit misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Datum Rome anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo VI<sup>o</sup> pontificatus domini Bonifacii pape VIII anno secundo.

Nos autem Volradus divina [provi]<sup>b)</sup> dencia episcopus Brandeburgensis<sup>29)</sup> [potestate nostra?]<sup>b)</sup> [has]<sup>a)</sup> indulgencias a patribus [archiepiscopis]<sup>b)</sup> et episcopis prelibate ecclesie collatas ratas tenemus et gratas ac in domino nostro Jesu Christu misericorditer confirmamus et eandem ecclesiam cum consimili indulgencia quadraginta dierum [in]<sup>b)</sup> vestimus et huic scripto sigillum [nostrum]<sup>b)</sup> presentibus dignum duximus apponendum. Datum Rome anno prenotato.

#### IV

1450 Febr. 4. Rom.

**Papst Nikolaus V. erteilt allen Mitgliedern des Prämonstratenserordens das Recht einen geeigneten Beichtvater zu wählen.**

Inseriert in der Urkunde vom 11. Okt. 1460 des Domstiftsarchivs Brandenburg (Havel) Nr. 361. Vgl. Nr. V. dieser Edition.

Nicolaus episcopus<sup>1)</sup> servus servorum dei dilectis filiis abbati<sup>2)</sup> monas-

<sup>d)</sup> stark verblaßt.

<sup>29)</sup> vgl. Anm. <sup>24)</sup>.

<sup>1)</sup> Nicolaus V. (1447-1455).

<sup>2)</sup> Joannes Aguet (1449-1458), vgl. N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, tom. II, 529.

terii Premonstratensis Laudunensis diöcesis ceterisque abbatibus, abbatissis, prepositis, prioribus monasteriorum et locorum Premonstratensis ordinis illorumque canonicis et canonissis universis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia, quam dei filius Jesus Christus auctor ipse pietatis instituit fidelium quorumlibet presertim divinis laudibus sub regulari habitu altissimo famulancium vota, per que animarum salus et consciencie puritas, pacis quoque et religionis pervenire specialiter augmentum pia affectione prosequi et plenis confovere favoribus consuevit. Idcirco nos, qui eius licet immeriti gubernacula retinemus [ . . . . . <sup>a)</sup> ] more pastoris animas lucrificare deo satagentes eorundem personarum saluti oportune prospicimus prout locorum et temporum qualitate pensata id eorum saluti conspiciamus utiliter expedire. Hinc est quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut confessor ydoneus, quem vos duxeritis seu vestrum quilibet duxerit eligendum, singulorum vestrum confessionibus diligenter auditis pro commissis eciam si talia fuerint, propter que sedes apostolica merito consulenda existat, debite absolucionis beneficium auctoritate apostolica semel dumtaxat impendere ac penitentiam salutarem iniungere ac vos ab omnibus excommunicationis et interdicti sentenciis, censuris et penis, quibus a iure vel ab homine promulgatis<sup>b)</sup> seu iuxta dicti ordinis regularia constitutiones et instituta ligati existitis absolvere ac super irregularitate per vos vel vestrum aliquem vel aliquos huiusmodi sentenciis seu ipsorum aliquos ligatos missas et alia divina officia celebrando seu immiscendo vos illis quomodolibet contracta, eadem auctoritate dispensare omnemque quoque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per vos seu aliquem vel aliquos vestrum premissorum occasione qualitercunque contractam abolere necnon idem vel alius confessor, quem quilibet vestrum duxerit eligendum, omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti et ore confessi fueritis semel dumtaxat in mortis articulo plenam remissionem vobis et vestrum cuilibet in sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie ac obediencia et devocione nostra vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrancium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat, devotioni [!] vestre tenore presencium indulgemus. Sic tamen quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis per nos si supervixeritis faciendam iniungat, quam facere teneamini ut prefertur. Et

<sup>a)</sup> ungefähr zehn schwer entzifferbare Buchstaben.

<sup>b)</sup> geschrieben mit Abkürzung «p̄», also «promulgatis», in cop.

ne quod absit propter huiusmodi gratiam redamur [!] procliviores ad illicita imposterum commitenda, volumus quod si ex confidencia remissionis huiusmodi aliqua forte commiseritis quo ad illa predicta remissio vobis nullatenus suffragetur et insuper per unum annum a tempore quo nostra concessio ad vestram pervenerit noticiam computandum singulis sextis feriis impedimento legitimo cessante ieiunetis. Quod si predictis feriis ex precepto ecclesie, regulari observancia, iniuncta penitencia vobis vel aliis ieiunare tenemini una alia die singularum septimanarum eiusdem anni, quo ad ieiunandum non ut premittitur sitis astricti, ieiunetis. Et si in dicto anno vel in aliqua eius parte essetis legitime impediti, anno sequenti vel alias quam primum poteritis modo simili supplere huiusmodi ieiunium tenemini. Porro si forsitan prelibatum ieiunium in toto vel in parte, quodcumque adimplere commode nequiveritis, eo casu confessor ydoneus quem ad hec eligeritis, ieiunium ipsum in alia pietatis opera prout animarum vestrarum saluti expedire viderit commutare valeat, que vos pari modo adimplere debeatis alioquin huiusmodi nostra remissio nullius sit roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo pridie nonas februarii pontificatus nostri anno quarto.

## V

1460 Okt. 11 Mechelen

**Simon Abt von Prémontré gestattet den Mitgliedern des Prämonstratenserordens auf Grund des Privilegs Papst Nikolaus V. von 1450 Feb. 4, welches in der Urkunde inseriert ist, einen geeigneten Beichtvater zu wählen.**

Urkunde Nr. 361 des Domstiftsarchivs Brandenburg (Havel).

Maße: 35 × 29 cm, Plica 5 cm.

Siegel: grün, oval, ca 4,5 × 6,5 cm, obere und untere Spitze (oder Rundung) und große Teile der Inschrift abgebrochen, in gotischem Baldachin sitzender Abt mit Mitra und Stab in der rechten Hand, in der linken Hand wohl Buch, unter ihm liegender Hund. Von der Inschrift erhalten [...]ABBA[...]STRATE[...].

Dorsualvermerke:

1. Transsumptum privilegii ordinis super inhabilitate, excommunicatione, irregularitate et absolutione omnium peccatorum semel in vita et plena remissione in mortis articulo [15. Jh.].

2. [rot] 22 [16. Jh.].
3. No. 43 Simon abbas ordinis Praemonstratensis constituit ex privilegio papae Nicolai indulgentias conferendi et absolvendi in extremo mortis articulo anno 1450. M. [17./18. Jh.].
4. Cop. n. f. 132 P. II [1. Hälfte 19. Jh., bezieht sich auf das Copiarium novum, pars II, f. 132 ff., wo sich eine sehr fehlerhafte und mit großen Lücken aller schwer zu entziffernden Worte versehene Abschrift der Urkunde befindet].
5. [blau] 361 [Ende 19./Anfang 20. Jh.].

Symon<sup>1)</sup> permissione divina Premonstratensis abbas venerabilibus in Christo fratribus universis abbatibus et prepositis necnon dilectis in Christo prioribus, priorissis, canonicis et canonissis ordinis nostri Premonstratensis ubilibet constitutis presentes litteras inspecturis salutem in domino et peccatorum suorum celerem ab omnipotenti deo consequi remissionem. Dispensacionis nobis a deo commisse pastoralis ac sollicitudinis nostre curam hortatur vigilancia et ammonet, ut suorum dicti ordinis nostri videlicet subditorum utilitatem constituat, animarum salutem querat ac illorum salutis retardacionem succidat atque interdum huiusmodi retardacionis occasione conscienciarum detrimentum accidere presente diligenti cautela occurrat. Hinc est quod vobis omnibus et singulis, quibus presentes nostre litere fuerint exhibite, attente insinuamus et notificamus, quod felicitis recordacionis Nicolaus papa quintus<sup>2)</sup> ex singularitate et pia affectione quam ad nos et universum nostrum ordinem Premonstratensem gerit necnon de plenitudine sue potestatis ac speciali gracia supramencionatis dicti ordinis nostri personis gracie et benigne concessit pariter et indulsit, ut confessor ydoneus, quem quilibet ipsorum duxerit eligendum sibi pro commissis eciam in casibus reservatis absolucionem impendere ac penitenciam salutarem iniungere necnon a quavis excommunicacionis sententia absolvere et super irregularitate dispensare omnemque inhabilitatis et infamie maculam abolere semel tantum in vita necnon in mortis articulo semel plenam remissionem concedere valeat, prout in litteris apostolicis infra scriptis plenius continetur. Tenor vero litterarum huiusmodi de verbo ad verbum sequitur et est talis: [**Sequitur tenor litterae Nicolai V. pape de dato 1450 feb. 4. Romae.**]<sup>3)</sup>. Et quia boni pastoris interest cure, regimini et animarum saluti cuiuslibet subditorum suorum intendere et providere

<sup>1)</sup> Simon de la Terrière 1458-1470 (N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, tom. II, 529).

<sup>2)</sup> Nicolaus V. 1447-1455.

<sup>3)</sup> vgl. Nr. IV dieser Edition.

nos vobis omnibus et singulis subditis nostris supradictis precipimus et mandamus decernentes quatenus litteris preinsertis huiusmodi fidem indubiam adhibeatis necnon illis utamini suis loco et tempore oportunis. Datum Mechlinie sub sigillo nostro anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo mensis octobris die undecima. J. de Scaveta<sup>4)</sup>.

Mazurská 519/18

Karel DOLISTA.

PRAHA 8 - Troja.

Bohemoslovacia

<sup>4)</sup> J. de Scaveta, ordinis notarius, erscheint im Jahre 1460 zum erstenmal (J.B. VALVEKENS, *Acta et decreta capitulorum generalium*, tom. I, 140) und im Jahre 1466 zum letztenmal (I. JOESTER, *Urkundenbuch der Abtei Steinfeld*, Nr. 531, S. 419).